sui juris constitutas cujuscunque summæ procedunt, secundum veterum legum scita etiam [1] nisi actis intervenientibus corroboratæ sunt, suam retinentibus firmitatem. Sin autem non in auro res donationis fuerint datæ, sed per res mobiles, vel immobiles, vel se moventes: quantitatem earum æstimari, & siquidem usque ad legitimam solidorum summam exigatur, validam eam esse, & sine monumentis conservari. Sin autem amplioris summæ inveniatur, & minime actis comprobata est, superfluum [2] tantum vacuari. §. 2. Ne autem communione [3] inducta, donatori, & ei, qui liberalitatem suscepit, aliqua oriatur contentio: electionem damus ei, qui ampliorem [4] summam in re donata habuerit, reliquam æstimationis quantitatem offerre ei, qui minorem causam habuit, & totum possidere. Sin autem hoc minime facere maluerit, tunc omnimodo res dividi secundum quantitatem utrique parti competentem, si [5] res dividi sine suo periculo possibilis est. Sin autem in hujusmodi casibus, in quibus partitio utiliter celebrari minime potest, amplioris summæ dominus noluerit offerre æstimationem: tunc licebit etiam ei, qui minoris summæ habet potestatem, offerre pretium, & totum sibi vindicare. §. 3. Si quis autem per diversa [6] tempora in eandem [7] personam multas faciat liberalitates, quarum singulæ quidem legitimam quantitatem non excedunt: in unum autem compositæ, & prædicto modo exaggeratæ redundare videntur, & majoris esse quantitatis: non videatur eas oportere in unum coadunare, & introducere modos per quos non valeant, & in irritum revocentur: sed e contrario, & plures intelligantur, & singulæ secundum sui naturam obtineant, & monumentorum observatione non indigeant. Cum enim a *veteribus* super hac re variatum est, aliis multas, aliis unam esse definientibus: nobis causa placuit humanior, ut & multæ intelligantur, & omnes validæ, & hi, qui liberalitates accipiunt, sciant veros non falsos suos esse donatores.

§. 4. Si quis autem talem acceperit donationem, in qua stipulatus fuerit annuam [8] quandam tibi præstari quantitatem tantæ summæ, quæ non excedit legitimum donationis modum: variabatur, utrum eum ex particulari donatione multas fecisse donationes existimandum sit, & eas actis non indigere: an ex totius stipulationis fundamento, & fonte ejus, ex quo annuæ donationes profluxerunt, & unam esse eam donationem putandam, & proculdubio monumentorum observatione vallandam: quod veteres quidem satis, abundeque variaverunt. Nos autem [omnia] certa divisione concludimus [9], ut si hujusmodi quidem fuerit donatio, ut intra vitam personarum stetur, vel dantis, vel accipientis: & multæ intelligantur donationes, & liberæ a monumentorum observatione. Incertus etenim fortunæ exitus hoc nobis suggessit: ut possibile sit unius anni tantummodo, vel brevioris, vel etiam amplioris temporis metas supervivere, vel donatorem, vel eum, qui donationem accepit, & ex hoc inveniri etiam totam summam donationis non excedere legitimam quantitatem. † Sin autem etiam heredum ex utraque parte fuerit mentio, vel [10] adjiciatur tempus vitæ, vel donatoris, vel ejus, qui donationem accepit: tunc ei quasi perpetuata donatione, & continuatione ejus magnam, & opulentiorem eam efficiente, & una intelligatur [donatio,] & quasi densioribus donationibus cumulata, excedere legitimum modum, & omnimodo acta deposcere, & aliter minime convalescere. Recitata septimo [11] in novo consistorio palatii Justiniani. Datum 3. Kalend. Novembr. DECIO V. C. CONS. 529.

De argento. 1. *De annuo reditu.* 2. *De certo numero servorum.* 3. *Si donator non habeat argentum, vel annuum reditum, vel numerum servorum donatum.* 4. *De donatione universitatis.* 5. *De usufructu retento, vel non retento.* *De nudo pacto.*

35. Idem A. Juliano P. P.

SI quis argentum donaverit [12], certumque [13] pondus nominaverit, non autem alias, vel generaliter, vel specialiter expresserit: necessitate [14] ei imponimus omnimodo præfatum pondus argenti dare, sive in vasis quibus voluerit, non tamen pejoribus [15] æstimatione [16] massæ, sive in ipsa æstimatione, quæ pro massa rudi in illis [17] locis frequentata est. §. 1. Si vero reditum [18] certum ex possessionibus donaverit, non tamen nomina possessionum edixerit: necesse habere de sua substantia fundos tradere, tantum reditum inferre valentes, quantum in donatione posuerit: in talibus tamen agris, qui nec omnibus quos habet in possessione anteponuntur: nec deteriores omnibus sunt, sed status [19] mediocris inveniuntur. §. 2. Similique modo si quis certum [20] numerum servorum donaverit, non tamen de his nominatim servos inscripserit: & hic mediocris figu-

1 *Et nisi*, Hal. 2 *In prine.* ff. *h. t.* 3 Per donationem inducitur inter plures donatarios communio. 4 Amplioris summæ donatario primo defertur jus offerendi pretii: eo recusante minoris summæ donatario. 5 Aliquin, quod sine periculo dividi non potest, jure indivisibile est. 6 Si diversis temporibus res variæ donantur, plures donationes intelliguntur. 7 Quid si quis duabus personis uno & eodem momento 900. donaverit: utrum ea donatio ut in concreto: an ut in abstracto censenda est? hoc est, an ut una habenda est, an ut plures? Nam, si velut una, consistitur insinuanda, cum 500. aureos excedat: si ut plures, non insinuanda, cum divisa in duos donarios duas summas efficiat, quarum neutra 500. aureos excedit? unica censetur, ex unius donatoris persona: non plures, pro donatariorum numero, & its posit Simonem Vinentium notat Romanus *singulari* 716. Cremensis *singulari* 131. 8 De annuæ donationis insinuatione. 9 In stipulatione annua præstanda ab herede & hereli requiritur intimatio. Quid si heredis nulla facta est mentio? non requiritur. 10 *Vel non adjiciatur*, ita legit Isidor. 47. *Βασιλικῶν*, idque Cujacius probat. adde *l. 16. in fin. ff. de verb. oblig.* quæ lectio Roberto displicet 5. *recept.* 25. legit postmodum Cujacius 15. *observ.* 22. *nec addiciatur.* Movetur libris Basilicon, in quibus ita legitur *εἰ δὲ μὴ ρητοῦ χρόνου ὁρίζοιτο.* Idem Cujac. 14. *obs.* 22. quo nomine ab eodem Roberto reprehenditur, 1. *animad.* 7. 11 Dixi ad *l.* 30. ff. *de jure datium.* 12 An idem, si legaverit? vide *l. 1. in fin. l.* 19. *l.* 35. *ff. de auro.* An idem si mortis causa donaverit: ut in mortis causa donatione hæc lex locum habeat? idem Accurt. in *l. cum pater.* 77. §. *Marito. ff. de legat.* 2. *&* in *l.* 2. *fapr. de rore datium.* vide Romanum *sing.* 525. 13 Qui donationis causa promisit certum pondus argenti, potest id dare vel in massa, vel in vasis. 14 Vide *Novell.* 162. *c.* 1. §. 2. *Just. de donationib.* Quid? Donandi pactum an idem quod donatio est: ut & vendendi pactum venditio? vide Josephum Lindocicum *Titulo de donationibus consist.* §. Sane ex pacto nudo donationis, adio nodie oritur, *ut hic.* donationis etiam remuneratoriæ, causa mortis, ob caulam, etiam in favorem donatoris, ut & ex pacto nudo donationis proper nuptias: etiamsi hodie donatio contractus fit nominatus. Quinimo id etiam obtinet, licet in illo pacto nudo donationis factum promittatur, aut donatio cum constituto mista fit. Non idem esse putant in donandi, vel donationis præsumptæ pacto, ut post Salicetum, Imolam, Alexandrum, Lancelotum, Gallanlam, Matheslianum (*notabile* 46.) Purpuratum, Fortunium Garcian, Claudium Seisselium, Socinum, Jacobum de Nigris, Paulum de Monte Pico, Cornetum refert Dueuzius *regula* 19. Adde casum alium ex Matheslano *singulari* 27. 15 Indefinito promisso, nec pestimum nec optimum solvi solet. Medium itaque solvendum. 16 Æstimationis solutio loco rei succedit. 17 Pretia

ræ [21] servos tradere, & neque tales quos non habere magis, quam habere prodest: nec iterum eos [22], qui omnem servorum familiam donatoris antecellunt, sed & hic mediocritas spectetur. §. 3. Sin autem donator neque argentum, neque servos habens, vel non tantum quantum donavit, fecerit eorum donationem: æstimationem in his celebrari pro eo quod deest: ita tamen, ut argenti quidem (secundum quod prædiximus) æstimatio detur: in servis autem non amplius nec minus quindecim [23] solidis quantitas pro singulis detur. In reditibus autem in quindecim [24] annos æstimationem præstet. Sed in his omnibus, si quidem intra legitimam summam donatio fiat, nulla monumenta requirantur. Sin autem amplioris summæ, tunc ad acta publica recurratur: ita ut in his quæ amplioris sunt æstimationis, secundum nostram legem non totum, sed solum superfluum evanescat. §. 4. Sed & si quis universitatis [25] faciat donationem, sive bestis, sive dimidiæ partis suæ substantiæ, sive tertiæ, sive quartæ, sive quantæcunque, vel etiam totius, si non de inofficiosis [26] donationibus ratio in hoc reclamaverit, coartari donatorem legis nostræ auctoritate tantum quantum donavit, præstare: observatione & hic monumentorum (secundum quod jam sanximus) omnimodo requirenda. §. 5. Sed liquidem in omnibus supradictis casibus usufructus [27] fuerit a donatore retentus, & traditionem jure intelligi fieri. Sin autem hoc minime donator expresserit; liquidem stipulatio [28] donationi inserta sit, ex ejus auctoritate traditionem compelli fieri. Sin [29] vero & hoc prætermissum sit, & usumfructum minime detinuerit, nihilominus ex lege nostra necessitatem [30] ei imponi etiam tradere hoc quod donare existimavit: ut non ex hoc imitatis sit donatio [31], quod res non traditæ sunt: nec confirmetur ex traditione donatio: sed liberalitatem plenam, & secundum legem nostram perfectissimam constitutam necessarius traditionis effectus sequatur, & necessitatem habeat donator omnimodo, vel res, vel partem substantiæ quam nominaverit, vel totam substantiam tradere. Cum enim in [32] arbitrio cujuscunque sit hoc facere quod instituit: oportet eum vel minime ad hoc profilire, vel cum ad hoc venire properaverit, non quibusdam excogitatis artibus suum propositum defraudare, utamque indevotionem quibusdam quasi legitimis velamentis protegere. † Tantoque magis [33] hæc firma esse, si piis actibus, vel religiosis personis donatio deputata sit: monumentorum observatione [in his modis] secundum quod specialiter a nobis in hujusmodi casibus prædictum est, observanda. ne in præfatis [piis] causis ex quibusdam machinationibus non solum indevotus [34], sed etiam impius donator intelligatur: pœnasque non solum legitimas, sed etiam cœlestes expectet, resque donatas in omnibus supradictis casibus non solum eos, dum superfunt, sed etiam eorum successores [35] reddere compelli non tantum his, in quos donatio facta est, sed etiam eorum heredibus. Dat. 15. Kal. April. *Constantinopoli*, LAMPADIO, & ORESTE VV. CC. CONS. 530.

De insinuatione.

36. Idem A. Joanni P. P.

SI quis pro redemptione [36] captivorum pecunias dederit, sive per cautionem dare promiserit, cujuscunque [37] quantitatis: cognoscat se neque repetitionem habere, neque exactionem cautionis posse declinare, utpote gestis (sicut in donationibus) non subsecutis super infinuatione ejusdem quantitatis: eo videlicet, qui pecunias accepit, vel prima vice, vel post cautionem, necessitatem habente piissimam administrationem adimplere: nulla ei molestia, vel inquietudine inferenda, vel ab eo, qui pecunias præbuit, vel ab aliis ex auctoritate legum permillis hoc requirere: sed tantummodo sacramentum præstare, quod revera omnem quantitatem sine dolo malo vel aliqua deminutione ad redemptionem dederit captivorum. §. 1. Simili etiam modo a gestorum absolvimus ordinatione donationes rerum mobilium, vel sese moventium, quas viri gloriosissimi magistri [38] militum fortissimis præstant militibus, tam ex sua substantia, quam [39] ex spoliis hostium, sive in ipsa bellorum occupatione, sive in quibuscunque locis degere noscuntur. §. 2. Eandemque liberalitatem nostræ legis indulgemus etiam his quorum domus [40] incendio vel ruina corruptæ sunt: quibusdam forte pecunias cujuscunque quantitatis præbentibus, vel cautionem confcientibus, ut & ipsi nec repetitionem timeant, verumetiam exactionem pecuniarum confessioni infertarum facere possint, licet gesta non fuerint subsecuta; nulla eis licentia danda pecunias ad alias causas nisi ad refectionem domorum erogare. Quod si aliqua dubitatio orta fuerit, utrum tota quantitas, an pars ejus in ædificiis expensa sit, hæc

communiter fungunur, vide *l.* 63. *ff. ad l. Falcid.* id est, æstimanda sunt ex forensi vulgique similium rerum pretio. 18 Donator certi reditus intelligitur fundum cum reditus donare velle. 19 Status fundi. 20 Donatis servis, medi cris figura donationis intelligitur, *ut hic.* adde *l.* 37. *ff. de legat. 1.* 21 Id est, æstimationis & actibus. 22 Tales sunt, qui adores dicuntur. *l.* 37. *ff. de leg. 1.* 23 Æstimatio servi donationis. vide *l. ult.* ff. *de cond. insert. l. ult.* ff. *comm. de leg. l. ultim.* ff. *de comm. ser.* 24 Donator reditus annui, si fundos habet, ex quibus donatario reditus præstet; semel solvendo quindecim annorum reditum liberatur, donatoris pauperis id favore introducitum est. Quinimo alioqui justam æstimationem prædii & fundi esse, quantum cumulus fructuum quindecim annis facit. vide Molinæum *de usur. quæst.* 5. *n.* 119. His additur, hieredem non teneri Ecclesiæ permissum fundi, quamvis ipsa ut annua donationis pensionibus colligebatur *Novell.* 120. *c.* 9. aliis Ecclesiis pro 25. vel ut a Graeis legitur 35. *Novell.* 131. *c.* 12. *in fin.* 25 Donatio totius vel quotæ bonorum valet: nequit quæ infinuationem, si modum legitimum excedat. adde quæ scripsi ad *l. si unquam.* 5. *de revocandis donat.* 26 ff. *de inoff. donationibus.* 27 Dixi de usufructus retento, ne, *leg.* 28. 8. *eodem* Guth. Intellect. hujus §. 5. contra Ant. Fab. vid. Joh. Dechet. in *l. dissert.* 4. *n.* 34. Ant. 28 Vide *prine. supræ legis.* 29 Quid si stipulatio non adjicitur? Ne tum quidem donatio contractus bonæ fidei fuerit. *l.* 22. ff. *de fide.* 30 *Novell.* 162. *cap.* 1. Valet igitur donatio nudo pacto, nec in ea requiritur præstatio, vel traditio, ut olim. vide Clar. 4. *sentent.* §. *donatio. quæst.* 14. Contenta pertinet donatio ficut emptio. 31 Et actus perest. 32 Donatio actus voluntatis. *l.* 30. ff. *h. t.* Traditio vero, ex causa donationis necessitatis. vide *l.* 8. ff. *de obl.* 33 Quid est, hoc casu dabitur actio etiam ex nudo pacto. adde *l.* 8. ff. *de donat. remuner.* 34 Indevotus & impius in actibus non piis valet, multo magis in piis valere debet. 35 Donationes transeunt ad hereles active vel passive. 36 Captivorum redemptio inter causas *favorabiles* refertur. vide *l.* 2. ff. *de captiv. & postlim.* adde 12. *quæst.* 2. *c. sacerdotum.* 37 Donatio vel promissio pro redemptione captivorum facta infinuationem non exigit, *ut hic*, adde *l.* 19. *fapr. de facrof. Eccles.* 38 Magister militum quid sit. Cicero, *oratione pro Rescio Comædo*, & *pro Roberio Postumo.* 39 Dux bellis, vel Capitaneus, sibe aliqua capta ni hoste devicto, militibus suis prædam seu dirripienda hostium spolia donare potest: & eo quidem efficio, ut ne quidem a Principe retractari fas revocari possit ea donatio: quod adeo verum, ut non modo in ipsa occupatione belli, sed in quibuscunque aliis locis fuerint, donare possit, *ut hic.* vide omnino Gellium, 4. *cap.* 18. 40 Infinuatione non fit qui quod pro refectione domus incendio, vel ruina corruptæ donatur.

domini

1 Apud competentem judicem. *l.* 32. *in fin.* ff. *h. t.* 2 Infinuationem hodie non requirit quælibet donatio intra vel infra summam 500. aureorum facta, *ut hic*, & §. 2. *Inflit. de donat.* olim intra 300. aureos facta, infinuationem non exigebat: ultra exigebat. *l.* 34. ff. *hoc tit.* vide Clarum 4. *fentent.* §. *donatio. quæst.* 15. 16. 17. 18. ubi inter certera traditur, quibus in donationibus requiratur infinuatio. *Novella Leonis* 50. remittit infinuationem donationibus etiam ultra 500. solidos, si tamen tribus testibus probari possis: cujus etiam constitutionis meminit Harmenopulus 3. *tit.* 1. *in fin.* Quid? donatio ob causam excedens summam 500. aureorum, esne infinuanda? necessariam infinuationem non exigit. Accurt. ad *l. Aquilius.* 27. ff. *h. t.* Bart. in *l.* 2. ff. *h. t.* Idem si donatio remunerandi causa fiat & merita seu servitia eorum non obligantia. Bartol. in *d. l. Aquilius.* 27. Bald. in *l. illud.* 19. ff. *de sacrosanctis.* Quid? potestne donator renunciare infinuationi? non posse omnes tenent Bartolus & Salicet. in *d. l. illud.* Quid si jurata donatio est? requirit infinuationem: nisi juramento interpolito renunciatum fuerit infinuationi: ut post Joan. Fabrum 5 *Antoni.* Aretinus, Antonius de Canario, Auferius in decisionibus Capel. le Tholozanæ notat *decis.* 381. Guth. Adde Jul. Clar. 5. *donatio. quæst.* 18. Andr. Gail. *lib.* 2. *obf.* 39. Anton. Merond. *controv. lib.* 1. *c.* 12. & *feq.* Anf. De Infinuatione Donationum an & quatenus hodie necessaria, & quanti valeat solidus, five aureus Romanus, acre noltro: vid. Cenfur. Forenf. Noltr. *lib.* 2. *cap.* 8. S. 1. 3 Adde *l.* 65. ff. *de verb. obligi.* 4 Contius, 1. *diffutat.* 16. *fefterrius nummi unius, affium quatuor*, Haloand. *festertio numero uno, affium quatuor* Cic. *Baptist.* apud Cujac. 10. *observ.* 37. verba folennia erant donationis, quæ fiebat per mancipationem: ut in veteri inscriptione urbis Rome: *Hoc monumentum L. Tabertii Sabinus fe vivo donavit L. Sante Symphoro, mancipavitque festertio nummo uno.* Virrvius 1. *c.* 4. Nummo festertio mancipio dedit. In mancipationibus intercurrebat festertius unus dicis gratia. *l.* 4. ff. *commodati.* Dixi plura de festertio nummo ad Ciceronem, *oratione pro Rescio Comædo*, & *pro Roberio Postumo.* 5 Verborum finem effectu nullus eft usus. 6 Vid. l. 17. ff. *de teft amentis.*

7 Vid. Clar. 4. *fentent.* §. *donatio. quæst.* 2. 8 De quibus vid. *l.* 1. ff. *h. t.*
9 De qua vide *l.* 4. ff. *h. t.* 10 ff. *l.* 2. *l.* 3. ff. *h. t.* 11 Dominum fub modo, si modo non *latisfit*, condici vindicarique potest. *Gotho.* Intellectum hujus *l.* 1. vid. apud Johann. Dechet. *lib.* 1. *dissert.* 4. *n.* 37. Ant. 12 *l.* 5. *l.* 6. *in fin.* ff. *de donat.*

domini domus sacramento dirimetur. §. 3. Cæteris etiam donationibus quæ gestis intervenientibus [1] minime sunt infinuatæ, sine aliqua distinctione usque ad quingentos [2] solidos valituris: hoc etenim tantummodo ad augendas hujusmodi donationes addendum esse ex præsenti lege decernimus, anteriore tempore nostra lege præcedente moderando, qua usque ad trecentos solidos factæ donationes, & sine infinuatione firmitatem obtinere jusse sunt. Dat. 15. Kal. Novemb. *Constantinop.* post consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

De antiquis verbis rejectis.

37. Idem A. Joanni P. P.

VErba superflua [3] quæ in donationibus poni solebant, scil. *sestertii* [4], *nummi unius*, *assium quatuor*, penitus esse rejicienda censemus. Quid enim verbis [5] opus est quæ rerum effectus nullus sequitur? Sancimus itaque nullo modo eorum verborum mentionem vel [in] Imperialibus donationibus, vel in omnibus aliis de cætero fieri: sed &, si [6] quisquam per verbositatem aliquid tale inscripserit, nulla differentia sit.

TIT. LV.
DE DONATIONIBUS QUÆ [7] SUB MODO [8], VEL CONDITIONE [9] VEL CERTO TEMPORE [10] CONFICIUNTUR.

Si donatarius non præstat alimenta donatori, quæ ex pacto præstare tenetur, donatio revocatur, & potest donans rem suam vindicare. Bald.

1. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. Gamicæ.

SI doceas (ut affirmas) nepti tuæ ea lege esse donatum a te, *ut* [11] *certa tibi alimenta præberet* [12]: vindicationem etiam [in hoc] casu willem eo, quod legi illa obtemperare noluerit, impetrare potes: id est, actionem qua dominium [13] pristinum tibi restituatur. Nam [non solum] condictio quidem tibi in hoc casu, id est, in personam actio jure procedit, verum etiam vindicationem quoque divi principes in hoc casu dandam esse sanxerunt. PP. 6. Kal. Decembr. TUSCO, & BASSO CONSS. 259.

Si donatur alicui ad vitam suam, post mortem ejus res redit ad donatorem. Bald.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Zenoni.

SI rerum tuarum proprietatem [dono] dedisti, *ita ut* [14] *post mortem ejus, qui accepit, ad te* [15] *rediret* [16], donatio valet: cum etiam ad tempus certum [17], vel incertum ea fieri potest, lege fcilicet, quæ ei imposita est, conservanda. PP. 5. Id. Mart. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

Ex pacto celebrato inter donantem, & donatarium, acquiritur utilis actio sequenti secundo donatario, sine aliqua cessione. Bald.

3. Iidem AA. & CC. Marcellæ.

QUoties donatio ita conficitur, *ut post* [18] *tempus id, quod donatum est, alii* [19] *restituatur*: veteris juris auctoritate resciptum est, si is in quem liberalitatis compendium conferebatur [20], stipulatus non fit: placiti fide non impleta ei qui liberalitatis auctor fuit, vel heredibus ejus condictitiæ actionis persecutionem competere. Sed cum postea benigna [21] juris interpretatione divi principes ei, qui stipulatus non fit, utilem actionem juxta donatoris voluntatem competere admiserint: actio quæ forori tuæ, si in rebus humanis ageret, competeret, tibi accommodabitur. PP. 11. Kal. Octobr. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

Postea quam donatio est perfecta: forma substantialis ipsius non potest mutari voluntate unius. Bald.

4. Iidem AA. & CC. Idæ.

PErfecta donatio conditiones postea [22] non capit. Quare si pater tuus donatione facta quasdam post aliquantulum temporis feciffe conditiones videatur, officere hoc nepotibus ejus fratris tui filiis minime posse non dubium est. Dat. Kal. Octobr. TIBERIANO, & DIONE CONSS. 291.

Donatio facta sub conditione emancipationis habet effectum quandocunque donatarius efficiatur sui juris. Salic.

5. Iidem AA. & CC. Dexippo.

SI quid mater filiæ fuæ in potestate patris constitutæ sub hac conditione [23], si fuerit intra biennium emancipata [24], donaverit: licet hoc matris voluntate sui juris effecta non tenuit, tamen prius marito defuncto, sui juris quocunque modo effecta, ad similitudinem [25] legati ita relicti, rem donatam firmiter habere, vel vindicare poteft. S. Id. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

TIT. LVI.
DE REVOCANDIS [26] DONATIONIBUS.

Ingratitudine *liberti revocatur donatio. Filii heredes donationem revocare non possunt.*

1. Imp. PHILIPPUS A. Cosmino.

ETsi perfectis donationibus in possessionem inductus libertus [27], quantolibet tempore ea, quæ sibi donata sunt, pleno jure ut dominus possederit, tamen si *ingratus* [28] sit, omnis donatio mutata patronorum voluntate revocanda est. Quod obfervabitur, & circa ea, quæ libertorum nomine, pecunia tamen patronorum & beneficio comparata sunt. Nam qui obsequis suis liberalitatem patronorum provocaverunt, non sunt digni quo eam retineant, cum cœperint obfequia negligere: cum magis in eos collata liberalitas ad obsequium [eos] inclinare deberet, quam ad insolentiam erigere. † Hoc tamen jus stabit inter ipsos tantum [29], qui liberalitatem dederint: Cæterum, neque filii eorum, neque succesfores ad hoc beneficium pertinebunt. Neque enim fas est ullo modo inquietari donationes [quas] is, qui donaverat, in diem vitæ suæ non retractavit. Dat. 15. Kal. Jul. ÆMILIANO, & AQUILINO CONSS. 250.

Pœnitentia *non revocatur donatio hac l. & duabus sequent.*

2. Imp. PROBUS A. Felici.

SI apud provinciæ Præsidem aviam filiæ tuæ quasi *pœnitentia* ductam subtracta instrumenta donationum igne exulliste [30] confiteris, veteri te non oportet, ne id quod jure vires acceperat, ex post facto possit in dubium revocari. PP. 3. Non. Maji, *Sirmii*, PROBO A. & PAULINO CONSS. 279.

3. Impp. CARINUS, & NUMERIANUS AA. Januario, & Felicio.

POssessionem, quam in vos emancipatos per donationem mater contulit, ex *pœnitentia* [31] sola alienare non potuit. PP. 2. Id. Januar. CARINO II. & NUMERIANO AA. CONSS. 284.

Donatio in fraudem facta non revocanda sub obtentu pœnitentiæ.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Proculæ.

CUm [32] profiteatis in [33] fraudem te alterius donasse, professionem inhonestam continere intelligis. Itaque si donationem perfecisti, eam revocare [34] non potes ex memorata allegatione, sub obtentu *pœnitentiæ*. PP. Kal. April. *Heraclia*, AA. CONSS.

Rescripto *Principis donatio non revocatur.*

5. Iidem AA. & CC. Epagatho.

SI donationem rite fecisti, hanc auctoritate [35] *Rescripti* nostri rescindi non oportet. S. 5. Kalend. Maji, *Heraclia*, AA. CONSS.

Absentiæ *mariti & liberorum prætextu, donatio non revocatur.*

6. Iidem AA. & CC. Herennie.

VElles necne filio tuo prædia itemque mancipia donare, fuit in initio tibi liberum [36]. Define itaque postulare, ut donatio, quam perfeceras, revocetur prætextu [37] mariti & liberorum absentiæ: cum hujus firmitas ipsorum præsentia non indigeat. S. 5. Kal. Octobr. *Viminacii*, CC. CONSS.

Ingratitudine *revocatur donatio, Quæ* mater, & *quando revocare possit.*

7. Impp. CONSTANTINUS & CONSTANTIUS AA. ad Philippum.

HIs solis matribus, quæ non in fecundi [38] matrimonii fœdus nupserint, sed unius tantum matrimonii sunt, revocandarum donationum, quas in filios fecerint, ita decernimus facultatem, si eos ingratos circa fe esse ostenderint. Quicquid igitur is, qui a matre impietatis arguitur, ex titulo donationis tenet, eo die, quo controversiæ qualecunque principium jussu judicantis datur, matri cogatur reddere. † Cæterum ea, quæ adhuc matre pacifica jure perfecta sunt, & ante inchoatum cœptumque jurgium vendita, donata, permutata, in dotem data, cæterisque cautis legitime alienata: mi-

Inst. vér. 13 Dominium interdum nanciscimur sine possessione. 14 *l.* 42. ff. *de mort. caus.* 15 Potest etiam ita conveniri, ut ad alium redeat. *l.* 3. ff. *h. t.* 16 Proprietas scilicet rei donatæ. 17 Donatio potest fieri ad tempus certum vel incertum. 18 De donatione ex certo tempore. 19 Puta Titio: potest etiam convenirl, ut ad donatorem revertatur proprietas præmortuo donatario, ut *l.* 2. *fapr. h. t.* 20 *l.* 37. §. 3. *in fin. D. de leg.* 3. 21 Speciale est in donationum contractibus, ut alteri per alterum quæratur actio. 22 Conditiones initio donationis imponuntur. *l.* 9. *l.* 22. *in fine.* 23 ff. *h. t. proxime*: at non perfectæ jam donationi. Perfecta jam donatio conditiones invito donatario non capit. 23 De donatione conditionali. 24 Conditioni emancipationis facisse quasi emancipationis genere. vide *leg.* 3. ff. *de inflit. & fubflit.* 25 Res donata ad similitudinem legati vindicatur.
26 *l.* 8. C. *Theod.* 13. & 3. Harm. 3. & 47. *Ecl.* 2. adde Clarum 4. *fent.* §. *donatio. quæst.* 21. 27 Donatum libero propter ingratitudinem revocari potest. 28 Ingrati actio donatori certis casibus competit.
29 Actio ingrati hereli & in heredem non datur. 30 Qui donationis instrumentum exuit, factam donationem ac revocare intelligitur: quæritur tamen, an invito donatario citra causam legitimam donatio revocari possit? non potest, facit *l.* 3. *h. t. l.* 39. ff. *de furt.* 31 *l.* 2. ff. *h. t.* 32 *Confiert in* C. Col. 19. *obf.* 27.
33 Invito fcilicet donatario. 34 Donatori turpitudinem suam proferre non licet, ut eo praetexto factam donationem revocet. *l.* 2. *in fin. l.* 3. *h. t. l.* 3. D. *de usucap. pro donato.* §. 2. *Inst. de donat.* facit 30. ff. *de transact. l.* 2. ff. *quæ in fraud.*
35 47. *Eccl. c.* 4. *l.* 12. ff. *de rei vindic. l.* 3. ff. *de refc. vend. l.* 9. ff. *de donat. ante nupt. l.* 4. §. *de emancip.* 36 Vid. *l.* 5. ff. *de obligat. l.* 35. *in fin.* ff. *de donationibus.* 37 Absente etiam marito & liberis aliis, uni liberorum matri donare potest. Hujusmodi personarum absentia donationem non vitiat. An absentia rei donationem vitiat? Minime. *l. data.* 27. *in fin.* ff. *de donat.* ut nec stipulationem. *l. parvi.* 17. *D. de condict. furtiva.* An absentia patroni fententiam vitiat? vid. *l.* 4. §. *de pupil.* 38 47. *Ecl.* 1. *cap.* 5. *l.* 1. C. 7. *in fin.* Mater quæ iterum nupsit, ab ingratis liberis donationem non revocat, *ut hic*, nisi tribus cafibus a *Justin. Novell.* 22. Quod dictum eft de fecundo matrimonio mulieris, ad eam quæ inhonestè vivit, calumniatur. *Cuch.* Vid. in hanc l. Sarmentum. *tubens. ibi. fanct.* 6. *cap.* 7. Anf. Adde Cujac. *ibi.* 4. *observat. c.* 19. S. 1.